UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Sacerdotii Origine & Præstantia - Variis item Industriis, & Praxibus, quibus Sacerdotes boni ad Dei gloriam suámque & Proximi salutem promovendam sunt usi ; Malorvm Qvoqve Sacerdotvm infelici interitu, radicibus, & remediis Cui etiam Compendium Ritualis, ea, quæ pro commodiori Sacramentorum & ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1681

§. 3. De Exemplis Caritatis erga Peccatores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48600

Visual Library

Catholicam reduxit, ut vulgò Livoniæ Pater fuerit nominatus. Bibl. Script. f. 196.

II. Itaque Sacerdotes S. Chryſoſtomum orat. 5. adverſus Judæos ſic adhortantem audiant: *Cogita, quamobrem Prophetæ, quamobrem Apoſtolus, quamobrem Iuſti, quamobrem Angeli frequenter miſſi ſunt, quamobrem ipſe Primogenitus Filius ac Verbum DEI advenit, an non ut homines ſervaret? an non ut eos errantes reduceret? hoc idem fac, ergo tu quoque pro viribus tuis, omnéque ſtudium ac ſollicitudinem impendas ad reducendum eos, qui aberrârunt.*

§. III.
De Exemplis Caritatis erga Peccatores.

I. Cùm ad Paſtorem bonum pertineat, non errantes ſolùm oves quærere, & reducere, ſed etiam infirmas, & variis ſeu morbis, ſeu vulneribus ſubjectas curare, facilè apparet, quantopere Sacerdotes velut Paſtores ſpirituales Animarum obligentur ad ſingularem Caritatem erga Peccatores utpote graviſſimis & periculoſiſſimis morbis, vulneribúſque oppreſſos demonſtrandam; ut cum veritate uſurpare illa S. Prophetæ verba poſſint Pſ. 68. *Zelus domûs tuæ comedit me, & opprobria exprobantium tibi ceciderunt ſupra me.* Maximè cùm hæc ipſa Caritas non parùm conducat, ad peccatorum propriorum deletionem, & ſalutem ſuam aſſecurandam, uti S. Jacobus c. 5. teſtatur, dicens: *Qui converti fecerit Peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ejus à morte, & operiet multitudinem peccatorum.* Porro tribus potiſſimùm officiis hanc ipſam ſuam Caritatem erga Peccatores oſtendere debet.

II. Primum eſt *Oratio fervens* frequenter pro ipſis oblata; nam, ut S. Auguſtinus l. 4. de doctr. Chriſt. c. 15. rectè advertit, *Munus ſuum ut præſtet* (Sacerdos) *magis pietate ipſius eſt orationum, quàm Oratoris facultate, ut orando pro ſe & aliis, quos eſt allocuturus, ſit Orator antè, quàm Doctor.* Quod confirmans S. Bernardus Epiſt. 101. *Nunc autem, ait, manent tria hæc, Verbum, Exemplum, Oratio; major autem horum Oratio, ea namque operi & voci gratiam*

tiam & efficaciam promeretur. Unde hoc medio præ-
teris uſi ſunt non pauci Sacerdotes.

S. Paulus de ſeipſo c. 1. ad Rom. fatetur: *Teſtis eſt*
DEUS, cui ſervio in ſpiritu meo in Evangelio Filij ejus,
ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in ora-
nibus meis. Et iterum ad Philippenſes c. 1. *Gratias*
DEO meo in omni memoria veſtri, ſemper in cunctis
tionibus meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecati-
faciens.

S. Chryſoſtomus, quanti hoc medium æſtimârit, &
adeò haud dubiè etiam uſurpârit, ipſemet ſequentib-
bis ſ 27. de profectu manifeſtavit: *Poterimus alios*
gere, ſi ad preces ſemper confugiamus, & oremus D-
ut det ſermonem Sapientia & intellectum auditûs, co-
que & inde probabilem hujus depoſiti cuſtodiam, ſæpe
continget, ut, quæ ſtudio noſtro corrigere non poſſumus
per preces efficere valeamus, per preces, inquam,
petuas.

S. Ignatius Lojola, cùm Lutetiæ quendam veſano p-
amore implicitum, nulla ratione è cœno extrahere p-
die quodam extra urbem in lacum frigidiſſimum vi-
Amaſius tranſiturus erat ad turpes delicias, adjacentem
lo tenus ſe immerſit, & adventantem his verbis allo-
eſt: Perge miſer ad tuas fœtidiſſimas voluptates: i-
dentem capiti tuo ruinam non vides? inſtantem peſtem
perhorreſcis? hîc ego pro te me tamdiu macerabo, D-
orabo, donec juſtiſſimam illius iram, & vindictam -
xatam avertam.

S. Cudbertus Epiſcopus commiſſam ſibi plebem -
tionibus protegebat aſſiduis, & admonitionibus ſalu-
mis ad cæleſtia vocabat. Et, quod maximè Doctores -
re ſolet, ea, quæ agenda docebat, ipſe priùs agendo -
ſtrabat. Erat quippe ante omnia divinæ caritatis igne -
dus, patientiæ virtute ornatus, orationum devotioni -
tiſſimè intentus, affabilis omnibus, qui ad ſe conſola-
gratiâ veniebant, hoc ipſum orationis loco ducens, -
firmis Fratribus opem ſuæ exhortationis tribueret.
20. Mart.

III.

III. Secundum officium eſt *Sedula cura* per inſtructiones & adhortationes tam publicas, quàm privatas, Sacramentorúmque adminiſtrationem impenſa; de qua S. Paulus 1. ad Cor. 4. locutus eſt, dicens: *Sic nos exiſtimet homo, ut Miniſtros Chriſti, & diſpenſatores Myſteriorum DEI. Hic jam quæritur inter Diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur*, id eſt, Sedulus in tali Myſteriorum & Verbi divini adminiſtratione, nemini dans offenſionem, ut non vituperetur Miniſterium ſuum, ſed in omnibus exhibens ſe ut DEI Miniſtrum, ut idem Apoſtolus 2. ad Cor. 6. hortatur. Quales quidem Miniſtros non paucos hactenus numeravit Eccleſia.

S. Paulus de ſeipſo 1. ad Cor. 15. ſcribit: *Gratiâ DEI ſum id, quod ſum, & gratia ejus in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboravi.*

S. Joannes Evangeliſta, ut Adoleſcentem quempiam Prædonum Ducem factum reduceret, inter arma Sicariorum, per montes & ſilvas eundem, velut ovem perditam requiſivit.

S. Carolus Borromæus circuibat omnia caſtella ac villas ampliſſimæ ſuæ Diœceſeos, per aſperos montes, horridáſque valles, prædicando ſine intermiſſione Verbum DEI, extirpando abuſus, alliciendo ad pœnitentiam Peccatores, reſtaurando Eccleſias, & vultus agnoſcendo ſingularum ovium, quas incomparabili caritate paſcebat, & inveteratis earum vulneribus medebatur. Nullum hyeme frigus, nullus æſtate calor uſque adeò urens extitit, nullus tam difficilis & auſterus labor, quin à Carolo perlubenter latus fuerit, qui ſaxoſas & ſubinde inacceſſibiles vias penetravit pedes, utique ſuſtentatus potenti zelo ſalutis animarum, qui ſpoliatum omni voluntaria & propemodum etiam neceſſaria quiete, graviſſimis occupationibus circumveniebat. Vitæ compend. c. 20.

S. Franciſcus Xaverius confeſſionibus audiendis, reconciliandis diſſidentibus, ægris ſublevandis, aliíſque pietatis officiis tam ſedulò ſe impendebat, ut ſæpe cibi & potûs oblitus, biduum, triduúmve traduceret jejunus. Senſiſſes eum talibus miniſteriis, divinóque obſequio paſci. Vita l. 6. c. 10.

Petrus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Petrus Faber è Societate JESU nullas prætermittebat … caſiones ſerendæ pietatis, indagabat vias omnes … conſulendi, &, quocunque ingrediebatur, omnem … occaſionem intenta mente captabat. Belliſſimum … eſſe, & noſtri Ordinis proprium, relinquere in omni… mibus & hoſpitiis veſtigium aliquod ſanctitatis, ubi… ligendum, cùm debitores ſimus omnibus, & ubique … cter DEUS, cujus Famulos & Adminiſtros nos eſſe … Hiſtor. Soc. l. 3. n. 29.

Petrus Forerius non ipſe duntaxat indefeſſo ſtudio … bore ſaluti alienæ procurandæ invigilabat, ſed alios … ad eandem curam ſtimulabat, inter alias rationes … ſolitus, quòd DEO ſanguinem ac vitam debeant, qu… te prolis in monte Calvariæ poſuit; ille verò hoc … Peccatoribus tranſcribat, atque adeò quiſque ex juſti… ligetur, ut nec ſanguini, nec ſudori, nec vigiliis, nec … converſionem Peccatorum ſeriò procurandam parcat … jungebat porro, non eſſe, ut infernum quis metuat … tus, ſe vel unam animam ſuâ induſtriâ ſervâſſe; … enim ejuſmodi potentem advocatam commiſſuram, … liberator captivus detineatur, quin potiùs omnem … poterit, fidem apud DEUM, Deiparam, Angelos, om… Cælites interpoſituram, ut eum, à quo ſervata fuerat, … lutem aſſerat, &, cujus ope ſubtracta erat tormentis, … ferat in gloriam. Vita l. 2. c. 6.

P. Ludovicus de Ponte tam ardenti erga Peccatores … flagrabat, ut paratum fore ſe dixerit, ad ipſas etiam … flammas, ſi neceſſarium foret, abſque peccato toler… Aliàs verò Filiæ cuidam ſpirituali dixit, ſe tantam … habere promovendi omnes, qui ſecum agunt, ut nihil … Mundo, quod etiam pro quolibet eorum profectu facere … ſit paratus.

IV. Tertium officium eſt, ut *pœnis voluntariis* … amore ſuſceptis divina illis miſericordia concilietur … namque *domûs DEI comeditur*, inquit S. Auguſtinus … Joan. *qui omnia perverſa, quæ videt, cupit emendare* … *ſi emendare non poteſt, tolerat, ac gemit*, & pro iis, … ſua forent, ſatisfacere ſtudet; quod medium ad hunc … adhibere S. Chriſtina Mirabilis à DEO edocta adhibere …

it, ut quæ, licet acerbiſſimas pro Peccatoribus pœnas
ſceperit, & ſæpe ſe in ardentes clibanos conjecerit, per
nas acutiſſimas volutârit, in nivem & glaciem abdiderit,
rotas molinarias contorquendam ſe projecerit, ſemper
tamen nullâ parte corporis læſa, in majores pœnas eſt re-
ſervata, uti Surius 23. Jun. teſtatur. Sed & non pauci etiam
Sacerdotes id ipſum medium ſedulò uſurpabant.

S. Dominicus ter ſingulis noctibus catenâ ferreâ ſe flagel-
labat, primò pro ſeipſo, tum propter Peccatores in Mundo
degentes, tertiò pro animabus in Purgatorio luentibus.
Sur. 4. Aug.

S. Franciſcus Xaverius, cùm hominem quempiam flagi-
tioſum ad frugem reducere non poſſet, è navi ad ſilvam ſe-
ceſſit, & nudato tergo ad ſanguinem uſque flagello in ſe de-
ſæviens, poſtquam ab illo ipſo Peccatore in hoc actu depre-
henſus eſt, ad genua procidentem, & peccata ſua graviter de-
flentem abſolvit, & ad meliorem vitam reduxit. Vita.

Vincentius Caraffa Societatis JESU Generalis pro curandis
Peccatoribus aſperas pœnas ſubibat, de iis ſolitus pronun-
tiare, quod Servator ſuper alio argumento: *Hoc genus dæ-
moniorum non ejicitur, niſi oratione & jejunio.* Addebat
Apoſtoli Gentium exemplo parturiendas eſſe Chriſto ani-
mas, id eſt, iis parturiendis puerperij cruciatus eſſe perpe-
tiendos, at non inferendos iis, quæ pariuntur. Vita
l. 2. c. 7.

Ludovicus de Ponte peccatis aliorum ſic urebatur, ſic ea
deplorabat, ſic caſtigabat in ſuo corpore, ac ſi ipſe patrâſ-
ſet. l. 2. c. 5.

V. Itaque Sacerdotes proponant ſibi ob oculos Chriſti
tanta pro Peccatoribus agentis & patientis exemplum, ſi-
bique ſequentia S. Chryſoſtomi hom. 3. in Geneſ. verba
ſibi applicent: *Ipſe DEUS cùm ſit, propter nihil aliud no-
ſtram carnem induit, & crucem quoque ſuſcepit, niſi ut
nos peccato obnoxios à maledicto liberaret. Si igitur ipſe,
qui DEUS eſt ineffabilis eſſentiæ ob miſericordiam ineffabi-
lem hæc omnia propter nos & noſtram ſalutem ſuſtinuit,
cur non & nos erga Fratres noſtros juſti ſimus, agnoſcen-
tesque eos ut membra noſtra, & eripientes ex Diaboli fau-
cibus in viam virtutis inducamus.* Imò & ipſum Chri-

ſtum his ejuſdem Authoris verbis alloquentem
Feci ego cælum & terram : eâdem facultate te donó,
vam facias cælum. Accendi ego luminaria, accende
lis clariora ; nam potes his, qui in errore ſunt, lumen
tatis accendere. Hominem facere non vales, at juſtum
túmque DEO potes. Vide, quàm te diligam, qui majo
faciendi tribuo poteſtatem. Dicant ergo aſſiduò
Propheta Pſ. 118. *Vidi prævaricantes, & tabeſcebam,*
eloquia tua non cuſtodierunt.

§. IV.

De Exemplis Caritatis erga Inimicos.

I. Quàm propria ſit etiam hæc Sacerdotibus Cari
ex eo patet, quòd cùm ipſis præcipuè incumbat, Eccl
protegere & conſervare, hoc ipſo etiam ad eos perti
efficere, ut membra illius per concordiam & caritat
miter ſint unita, atque adeò omnis animorum disjun
diſcordia ſtudiosè vitetur, id quod duplici actu pra
debent.

II. Primus ergo actus eſt, ut ipſimet ſuos Inimico
cera dilectione proſequantur, & omnem offenſam
illatam ex corde ignoſcant, juxta monitum Chriſti M
dicentis : *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis : Dilige*
ximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego
dico vobis : Diligite inimicos veſtros, benefacite h
oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumn
bus vos, ut ſitis Filij Patris veſtri, qui in cælis eſt,
lem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit
Juſtos & injuſtos. Et ſanè cùm ad hanc dilectionem
dos ex munere ſuo alios efficaciter hortari & perſuade
beat, facilè colligitur, rationi vel maximè conſonum
ut prior ipſe hanc dilectionem ferventer exerceat,
quod verbis docet, opere confirmet, uti non pauci Sac
tes, aut Diaconi, aliíve Clerici fecerunt.

Chriſtus tot injuriis à Judæis & aliis graviſſimè læſ
niam tamen iiſdem à Patre petiit, & dixit : *Pater ig*
illis, quia neſciunt, quod faciunt. Luc. 23. Unde